


NICOLAI COPERNICI

quæ Ptolemæo uigesimaquarta pars uidebatur. Et apogeu-
 quod tunc Æstiuam conuersionem partibus $xxiii.s.$ præce-
 debat, nunc sequitur ipsam part. $vi.$ & duabus tertijs.

Primæ ac annuæ Solaris inæqualitatis demonstratio cum ipsius particularibus differentijs. Cap. xvii.




CVM ergo plures Solaris inæqualitatis differentiæ
 reperiantur, eam primum, quæ annua est, ac no-
 tior cæteris deducendam censemus, ob idq; repeta-
 tur ABC circulus in E centro cum dimetiente AEC ,
 apogeu sit A , perigeu C , & Sol in D . Demonstratum est au-
 tem maximam esse differentiam æqualitatis



& apparentiæ medio loco secundum appa-
 rentiam inter utrâq; absidem, & eam ob cau-
 sam perpendicularis excitetur BD ipsi AEC , quæ
 secet circumferentiam in B signo, & coniun-
 gantur BE . Quoniam igitur in triangulo re-
 ctangulo BDE , duo latera data sunt, uidelicet
 BE , quæ est ex centro circuli ad circumferen-
 tiam, & DE distantia Solis à centro, erit da-

torum angulorum & DBE angulus datus, quo BEA æqualitatis
 differt à recto EDB apparenti. Quatenus autem DE maior mi-
 norq; facta est, eatenus tota trianguli species est mutata. Sic an-
 te Ptole. B angulus partium erat $ii. scrup. xxiii.$ sub Macho-
 meto Aratensi & Arzachele part. $i. scrup. lix.$ nunc autem pars
 una, $scrup. li.$ & Ptolemæus habebat AB circumferentiam, quã



ABE angulus accipit, part. $xcii. scrup. xxiii.$ BC
 part. $lxxxvii. scrup. xxxvii.$ Machometus A-
 ratensis AB part. $xc. scrup. lix.$ BC ptes $lxxxviii.$
 $scrup. i.$ Nunc AB part. $xc. scrup. li.$ BC part.
 $lxxxviii. scrup. ix.$ Hinc etiam reliquæ diffe-
 rentiæ patent. Assumpta enim utcūq; alia circum-
 ferentia AB , ut in altera figura, & sit angulus qui
 sub ABE datus, ac interior BED , ac duo latera BE ,
 ED , dabitur per doctrinam planorū angulus EBD
 prosth